

DE VSVRIS ET COMMERCIIIS ILLICITIS

Commentarij quatuor resolutorij, summè vtilis,
ac pernecessarij,

IO. BAPTISTA LVPO GEMINIANO. I. C.
A V T H O R E.

*Nunc primum cum Summarijs, & Indice rerum, ac Verborum
locupletissimo, in lucem editi.*

AD SERENISSIMVM FRANCISCVM
Medicvm, Magnum Hethurix Ducem.

CVM PRIVILEGIIS.



*del. Coll^o Real sala
Comp^a de Juyos de
Salamanca y sepe libraria*



V E N E T I I S,
Apud Bernardum Iuntam, & Fratres.
M D L X X I I.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

SERENISSIMO

FRANCISCO

MEDICEO, MAGNO HETHVRIAE

D V C I.

IOANNES BAPTISTA LVPVS

Geminianus, I. C. D.



VM administrandę Reipu. ratio omnis ferę peti so-
leat, aut à præceptis huiuscemodi philosophię le-
galis, aut ab historię exemplis, pro quibus capes-
sendis, sicut Principes omnes, qui sese in rebus ciui-
libus vsquequaque perfectos præstare student, sum-
ma openiti decet; ita te FRANCISCE Serenif-
sime, ad hæc assequenda omnibus propensio-
rem aspicio, quippe qui rerum à MAGNO COSMO optimè gesta-
rum seriem, & domesticam eius disciplinam, velut imaginem præclare
virtutis in oculis collocatam retinens, non solum imitatione dignissi-
mam, sed quod maius est, à te longè indicas superandam, tam eximię
prudentię, summiq; ingenij specimen nobis prætefers, postquam
huius regiminis fastigium susceptum tam iuste moderateq; regis.
Ad quę tua egregia animi documenta accedit quoque mansuetudo,
atque benignitas, quam incredibilem in te obseruauit, & quę tantum in
Principibus potest, ut non solum cum sint præsentis, uerum etiam
maximo interuallo disiuncti homines ad se amandum summopere va-
leant inflammare. Quibus tot tantisq; virtutibus tuis, nec non na-
turę dotibus cum diu multumq; exoptarim obstrictum me profiteri
maximęq; obseruantię signum in eas ostendere, non modo in hoc
mihi satisfacere, sed operæpretium me facturum putauit si hæc vsu-
rarum lucubrationes, nescio quo nam meo fato conscriptas tuo auspi-
cio ederem ratus haud tibi iucundas fore, quando ob negociatorum
frequentiam eas præ cæteris videtur exposcere hæc tua opulentissima
urbs religione omniumq; virtutum genere celeberrima, & quam in
dies magis reddis illustriorem nouis, & quidem optimis institutis, ne
dicam pulcherrimis, ac plurimis signis, ornamentis, fortissimisq; mu-
nimentis.



IO. BAPTISTAE LVPI GEMINIANI

I. C. CLARISSIMI

De Usuris & Commercijs illicitis,

COMMENTARIVS PRIMVS

in l. Curabit, C. de action. empti.

S V M M A R I V M.

- 1 Diocletiani, & Maximiani, A.A. vita.
- 2 Imperatores duo, pluresue simul regnarunt, & quomodo.
- 3 Imperatores eligendi, atque creandi modus.
- 4 Caesaris nomen vnde dictum?
- 5 Augusti cognomen vnde dictum?
- 6 Imperatores duo, pluresue, nunquid de iure possint simul regnare?
- 7 Pontifex approbat, vngit, & coronat Imperatores.
- 8 Imperatores hodie accipiunt iura ab Ecclesia Romana, siannoq; Pont.
- 9 Imperium hodie prouenit à Pont. & quando.
- 10 Pontifices duo, pluresue, simul esse non possunt.

Præfatio.



DIOCLETIANVS & Maximianus AA. prout relatum est nobis in l. 5. sub tit. de actio. empti, C. Decunæ ita rescripserunt.

Curabit præses prouinciæ compellere emptorem, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretij, quam penes se habet, cum vsuris restituere; quas & perceptorum fructuum ratio, & mino-

ris ætatis fauor, licet nulla mora intercesserit generauit.

Io. Bapt. Lupus Gem. de Usuris.

A Hæcenus

Pontificij interpretibus. Queritur, quibus magis sit adhærendum & credi debeat? & Pet. Anch. in sua disputa. incip. antiquis & modernis &c. licet arguat prima facie uideri dicendum Theologis, necnon sacrae Theologiae magistris & professoribus in hoc magis credi debere: quia ut ipse ait, prohibitio usurarum trahit originem à iure diuino vtriusque sacrae paginae, ut in c. quia in omnibus, & c. super eo, de vsur. Vnde standum est peritis in ea facultate, arg. c. fraternitatis, de frigid. & maleficia. c. significasti, el ij. circa prin. de homici. l. i. ff. de vent. insp. l. semel. C. de test. mil. lib. 12. tamen ipse contrarium resoluit, quod imò in tali casu magis sit inhærendum opin. DD. iuris Pontificij. Mouetur ipse, quia scientia canonica principaliter ad hoc tendit uidelicet interpretari ius diuinum in dubijs casibus pertinentibus ad moralem philosophiam, ut patet in prin. Decret. Scientia autem Theologica pertinet ad interpretationem iuris diuini tantum quo ad opera Dei opt. Max. & sic supernaturalia, ut articulos fidei, Ecclesiae sacramenta & similia, quod dicit bene probari in libro moralium B. Gregorij super Iob, in illa duplici expositione ueteris & noui Testamenti. unde subdit ipse quod saepe uidit Theologos respondentes super dubijs quae occurrunt etiam in iure diuino, sed super casibus ad moralem philosophiam pertinentibus, prout sunt usurae, decimae, testamenta, matrimonia & similia, errare: quamobrem periculosum esset illis in hoc affirmantibus, uel negantibus credere. refert & corroborat Alex. cons. 1. nu. 34. & seq. lib. 2. quod etiam ab eo repetitum fuit, cons. 107. nu. 14. eo. lib. sequitur Ana. in c. in ciuitate, col. 4. de vsur. Guiliel. Bont. in suo tract. de vsur. nu. 14. latè Deci. cons. 111. num. 3. quod etiam alibi repetijt, & faciunt quae dicuntur supra in praecedenti articulo, & quae traduntur per Roma. sing. 685. incip. Dicae quae autoritas. Tiraq. in tract. Primigen. q. 60. nu. 5. Atque ex Theologis ipsis fatentur hoc Syluest. in sum. uers. usura, 1. in prin. Soto lib. 6. de iust. & iure. q. 1. art. 1. col. 4.

Ioannis Baptistae Lupi Geminiani I. C. de Usuris & Commercijs
illicitis Commentariorum finis.